

<sup>146</sup>  
THOMAS MOCENICVS

D U X L X I I I .

*Electus die 7. Ianuarii Anno 1413. obiit die 3. April.*

*Anno 1423. etatis sua 79.*

S C H E M A V E T V S .

*Vngaros bello domui, Turcarum classem delevi, Pyratas ubique fugavi,  
Imperio nostro Tragurium, Spalatrum, Catharum, Feltram ,  
Cenetamque adiunxi.*



Homas Mocenicus in Stenni locum subrogatur, dum  
absens Legati munere Cremonæ, apud Gabrinum  
Fundulum fungeretur, quæ in urbe aderant tunc  
Ioannes XXII. Pontifex Rom. Sigismundus Impera-  
tor, Thomas ipse Mocenicus Venetorum Princeps  
electus. Post quorum discessum infremuisse dicitur Fundulus, quia  
tres Summos Orbis Principes cum intercipere valuerint, liberos  
dimisisset. Recentis huius administratione, Magistratus quidam in  
Rivum altum translati: tribus mensis vel Magistratibus, quæ ibi  
ab